

ANNUS XXI.

IDIBUS FEBRUARIIS 1937.

NUMERUS 6.



LATIN IEJÚSÁGI FOLYOIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 1-422-15).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: L. WAGNER DI Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii compariorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarium transmissio impeditur, utantur schidulis. Coupon réponse internationale appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.



Urbs Manila.

Per.
Lat
020



In Urbem Manilam, caput insularum Philippinarum delegati catholicorum ex 34 regnis convenerunt. In processu¹ congressū eucharistici supplicanti¹ 500,000 hominum Deum Christumque adoraverunt et acceperunt benedictionem pontificalem Summi² Pontificis² Pii XI., qui quamquam aegrotus tamen piā allocutione radiophonica auditores salutavit.



Inundatione horribili Civitates Foederatae Americanae affliguntur:³ multitudine innumerablem undas fugiens tecto alimentoque caret, permulti perierunt, ceteri morbis decimantur.⁴ In urbe Cincinnati petroleum — ad 500 millones litrarum — super aquam natans fune⁵ altioris tensionis telegraphico⁵ abscisso⁶ incensum et explosum est. Praeses Roosevelt

Crucem Rubram stipes colligere iussit, quia 200 millionibus dollariorum opus est, ut miseria tantae multitudinis leniri posset.

Dux Germanorum Hitler declaravit populum suum sine provinciis, unde materiam⁷ crudam⁷ fabricare importare possent, vivere non posse. Angli Gallique confitentur provincias Germanis dandas esse, cum autem nemo provincias reddere velit, sunt qui timeant, ne Germani Italos imitando desiderium expleturi sint.

In Russia sovietica nova seditio oriri videtur. Tribunus plebis supremus Stalin in dies crudelius persecutus optimos propugnatores doctrinae Leniniana, quorum plurimi occiduntur. Novissime summus exercitus dux Voroschilovius, cum Stalin ne illi quidem parcere voluit, minitabundus abiit.

Hispani nationalistae — ut nunc ipsum radiophonice nuntiantur — urbem Malagam ceperunt. Communistae, quā quis potest, celeri fugā vitam servare conantur.

In Austria machina scriptoria pedalibus instructa ius⁸ praecipuum⁸ obtinuit. Pedalia functiones auxiliares (quales sunt: commutatio, retractio traheae,⁹ etc.) suscipiendo celeritatem scribendi augent, quia digitī ita nil aliud, nisi ligulas¹⁰ deprimere debent.

Juliana heres regni Bataviae cum marito Bernhardo principe ex itinere nuptiali domum redeuntes Budapestini biduum morabantur, ut omnia visu digna spectarent. Hospites regales, quamquam incogniti nomine comitis

¹ körmenet = Prozession = procession ² pápa = Papst = pape ³ sujtani = heimsuchen = affliger ⁴ meg-tizedelni = dezimieren = décimer ⁵ kábel = Kabel = câble ⁶ leszakadt = abgerissen = rompu ⁷ nyersanyag = Rohstoff = matière brute ⁸ szabadalom = Patent = brevet ⁹ kocsi = Schlitten = traîneau ¹⁰ billentyű = Taste — touche

Fasciculus I. Bibliothecae Iuventutis: «DICTIONARIUM rerum recentissimarum seu modernarum HUNGARICO-LATINUM amatoribus linguae latinae dedicavit Iosephus Wagener dr.» nunc ipsum prodiit. Pretium dictionarii 8 milia vocabulorum continentis in tabernis librariis est 2'40 pengoe, administrator autem Al. Regényi (Budapest, VII., Barcsay-u. 5.) lectoribus 2 pengoe praesolventibus recta via librum transmittit.

Sternberg et uxoris advenerunt, ubicunque a multitudine maximo cum gudio acclamabantur. In imagine nostra Bernhardus princeps cum uxore regia in turri ordinis Paulanorum stantes prospectu, qui de monte S. Gerhardi ad Danubium urbemque patet, delectantur.

De martyrio R. P.¹ Emmanuelis Iové.

Scripsit Andreas Haberl (*Avenarius*) in urbe Tirschenreuth.

P. Emm. Iové invictus rei Latinae propugnator ex anno 1930 «Palaestram Latinam» administravit sex annos integros. In postremo fasciculo scribens mense Junio: «Lectoribus usque ad mensem Octobrem vale dicimus omnia fausta et secunda per aestivas ferias exoptantes» non est suspicatus se non in Octobrem usque, sed in perpetuum vale dicere lectoribus, se post mensem futurum esse Ecclesiae martyrem, eruptum suis sodalibus, suis discipulis, eruptum lugenti Latinitati.²


¹ Reverendi Patris ² Hanc partem ephemeridi Monacensi «Societas Latina» (Dec. 1936) a R. P. Avenario scriptam huic, quem nobis auctor illustrissimus scribere dignatus est, commentariolo praeponentes quam maximas agimus gratias et auctori et clarissimo viro Georgio Lurz, praesidi Societatis Latinae.

Quidam nuper ex Claretiana familia¹ sodalis, natione Argentinus, qui et ipse Cervariae (Cervera) erat studiorum causa, cum motus ille ingruit bolchicus,² de exitu Patris Iovae diligenter haec fere perscripsit.

Die 27. si recte legi, mensis Julii, qui in illo collegio et universitate Cervariensi erant, abire sunt iussi. Dantur digae i. e.³ automoli⁴ cursus tres, jussi ascendere rapti sunt versus urbem Celsonam; deinde reducti in quodam includuntur coenobio.⁵ Post spatium bidui venia custodum datā in quandam fugiunt villam suam; sed quod fama erat in ea regione vagari hostes, noctem in propinqui montis recessibus⁶ transigendam ducunt. Postridie mane ad sacellum villae decurrunt, et rem Divinam⁷ faciunt.⁷ Versus meridiem Cervariae praeses⁸ decem hominibus novā et inusitatā specie comitatus gravissimis verbis interdicit⁹ nobis, inquit, rebus etiam ad victimum omnino necessariis. In tanta rerum iniquitate, uno etiam ex communis, qui mitiore esse videbatur naturā, suadente visum est fugā petere salutem, ut scholastici¹⁰ saltem Hispani in proxima oppida

vicosque discederent. Duo facti greges. Alterius dux creatus Iovae, cui additi quatuordecim scholastici, quos ille in natalem urbem suam, Vallbonae nomen, satis longo itinere deduceret. Discedentibus Dei et Deiparae¹¹ praesidia omnibamus, et ad extrellum diximus: «In caelo igitur unā erimus denuo».

De fine Iovae et eorum adolescentum haec ab uno ex carnificibus¹³ narrata sunt: Appropinquantes Vallbonae in turbam inciderunt militum, a quibus statim comprehensi sunt. Cum magnis vocibus incitarentur, ut impia¹⁴ in Deum verba¹⁴ jactarent, contemptā spe libertatis constanter se facturos negabant.



Deinde perquirentes Iovae vestem invenerunt crucem cum crucifixi imagine. Hanc¹⁵ indigna loquentes ostendunt sacerdoti, ut proiceret in terram. Cum nihil impetrarent, arreptā cruce contundunt¹⁶ caput misero et os frangentes etiam dentes, donec manans sanguine, sed invictā constantiā victor militum ab his cum quatuordecim pueris triaectus¹⁷ globulis¹⁷ occidit. — Quis, inquit ille, crederet post duos dies ad palmam victoriae ducemque martyrum properaturum in superna regna esse eum, quem paulo ante querentem audissem casus hominum et se mortem desiderare dicentem!

¹ ex ordine Clareti (episcopi) ² bolsevistarum ³ id est
⁴ automobiles ⁵ kolostor = Kloster = couvent ⁶ búvóhely = Schlupfwinkel = cachette ⁷ misé mondani = Messe lesen = dire la messe ⁸ előljáró = Vorsteher = maire ⁹ elítéltani = verbieten, verwehren = défendre, interdire ¹⁰ discipuli ¹¹ Istenanya = Gottesmutter = la Mère de Dieu ¹² kivánni = wünschen = souhaiter ¹³ hóhér = Henker = bourreau ¹⁴ szidalom = Schimpfworte = blasphèmes ¹⁵ crucem ¹⁶ beverni = einschlagen = casser, défoncer ¹⁷ agyonlóni = totschiessen = fusiller

De viva lingua Latina.

Otto Schmied noster collaborator nuper in Societate philologorum Vindobonensium de «viva lingua Latina» scholam habuit, e qua ipse «Iuentuti» haec excerptis. (Cf. de re simili «Iuv.» anni XX. numerum VII. !)

I.

Nullius fere linguae praeter fortasse Graecam historia tam magnifica est casibusque¹ abundans¹ quam Latinae, quae e minimo principio primum unā cum Roma Italiam, tum imperio Romano crescente totum fere antiquum orbem terrarum sibi subiecit: in partibus occidentalibus ceteras linguas tollens vel quasi imbibens, in orientalibus principatum cum Graeca lingua partiens. Lingua Latina etiam occidentali imperio Romano collapso et turbis, quae gentibus imprimis Germanicis vagantibus obortae erant, supererat: ut olim nationes victae, ita illis temporibus victores cum humanitate cultuque Romanorum linguam quoque accipiebant; qua in re haec etiam atque etiam dividebatur: in linguam plus minus puram virorum doctorum, poetarum, scriptorum et in complures dialectos provinciales alienis elementis valde commixtas, e quibus postea sermones² Romanici² qui vocantur evaserunt. Sed maximi erat momenti, quod illā aetate Romana Ecclesia Christiana etiam ultra fines antiqui imperii Romani in omnes fere partes Europae missionarios delegavit, qui gentibus Germanicis et postea Slavicis atque Hungaris fidem Christianam deferrent, claustra conderent hoc modo non solum Romano Dei cultui, sed etiam linguae Latinae peregrinas terras recludentes.³

Sane quidem tum etiam scripta lingua Latina magis magisque a sermone Ciceronis vel Vergilii aliena erat: peregrinis commixta vocibus, liberata legibus grammaticis, dictione corruptā, donec temporibus Imperatoris Caroli Magni lingua Latina quasi renata neque vero lingua classica redintegrata est. Hoc Latinum medium quod vocatur imprimis scholis cultum ac servatum usque ad exeuntem aetatem mediā permansit. Tum demum a viris doctissimis, qui humanistae vocati antiquitatem classicam revocatur erant,⁴ lingua Latina classica renovata et Latinum medium sublatum⁵ est. Non desunt, qui sermonem Latinum adhuc viventem hoc modo morti⁶ esse devotum⁶ putent ac dicant. Sane certum est linguam, quae minime crescat neque temporibus accomodetur, etiam atque etiam vitā excludi et profecto nonnulli erant humanistae, qui, quidquid apud Ciceronem non exstaret, abicerent; sed his illiberalioribus⁷ optimus quisque humanistarum

repugnabat neque illis neque posterioribus temporibus quicquam erat, quin Latine exprimeretur. Itaque minus studiis laude maximā dignis illorum virorum doctissimorum, quam sensibus nationalibus experrectis ac magis magisque auctis lingua Latina, quae adhuc communis et internationalis fuerat, semper magis repressa esse et linguis nationalibus cessisse videtur.

Nihilominus enim etiam postea usque ad exiens⁸ saeculum XVIII plerique et philosophorum, paedagogorum et astronomicorum, mathematicorum, physicorum, rerum naturalium historicorum linguā Latinā usi opera sua principalia publicaverunt. Etiam nostrā memoriā medici in conciliis quae vocantur linguā Latinā utuntur et ubique fere terrarum medicamenta Latine praescribuntur, item hucusque⁹ in re herbaria Latinum nonnullius est momenti. Necnon¹⁰ in iurisprudentia Latinum diu valuit et in Hungaria usque ad medium saeculum XIX vice¹¹ linguae publicae functum est. Integra autem vis linguae Latinae usque ad hunc diem intra Ecclesiam Romanam permansit non solum in cultu Dei, sed etiam in commercio¹² litterarum¹² Ecclesiae catholicae per totum terrarum orbem diffusae; itaque non mireris, quod etiam in Urbe Vaticana lingua Latina partes linguae publicae agit. Atque ubique terrarum Latini tituli vel inscriptio-nes et vetustiores et recentiores inveniuntur.

Latinus igitur sermo, ut in vita diversarum nationum valde summotus¹³ neque tamen extinctus est, sic etiam in scholis superioribus summisque, in quibus usque medium ad saeculum XIX dominabatur, non evanuit,¹⁴ sed paulatim recessit, ut aliis studiis crescentibus locum daret. Itaque lingua Latina nusquam et numquam mortua est, etsi fortasse illā hic illie quasi dormire putas. Et imprimis his temporibus nonnusquam¹⁵ viri doctissimi linguam Latinam non ludi causā, sed ob necessitatem quandam nostrae aetatis e somno excitare conantur.

(Continuabitur.)

¹ változatos = abwechslungsreich = varié ² román nyeltek = romanische Sprachen = langues romanes ³ megnyitni = eröffnen = ouvrir ⁴ akarták felújítani = erneuern wollten = voulaient renouveler ⁵ félretenni = beseitigen = mettre de côté ⁶ halárla ítélni = dem Tode weihen = condamner à mort ⁷ kicsinyeskedő = kleinlich = mesquin ⁸ vége = Ende = fin ⁹ mostanáig = bis jetzt = jusqu'à présent ¹⁰ épügy = ebenso = de même ¹¹ hely, szerep = Platz, Rolle = lieu, rôle ¹² levelezés = Briefwechsel = correspondance ¹³ háttérbe szorult = verdrängt = relégué au second plan ¹⁴ eltűnni = verschwinden = disparaître ¹⁵ nem egy helyen = mancherorts = dans plusieurs pays

Quo vadis?

1. *Absente adhuc aurorā
Obruitur¹ Urbs aeterna
Tenebrarum tegmine.*
 2. *Duo viri lente ab Urbe
Gradiuntur atrā nocte
Irrorato² caespite.²*
 3. *Quorum alter diaconus,
Alter vero Petrus canus,
Christi pastor ovium.*
 4. *Apostolus Christians
Reliquerat poenis pressos
Precibus fidelium.*
 5. *Sed iam illum paenitere
Coepit suos reliquisse
Periclorum tempore,*
 6. *Nocte simulac silente
Sibi visus est videre
Cruciatis homines.*
 7. *Caelo subito lucente
Appropinquabat superne⁴
Radiosa species.⁵*
 8. *Est in luce tunc conspectus
Apostolo mitis vultus
Salvatoris hominum.*




9. Petrus genibus procumbens
Acclamavit obstupescens:⁶
«Quo nunc vadis, Domine?»
 10. Sic respondit tum trementi
Apostolo voce tristi
Redemptor mortalium:

11. «Reliquisti meum gregem,
Quare vado pro te in Urbem
Cruci figi denuo.»
 12. Quando fulgor evanuit,⁷
Senex gradus retro vertit
Attonito pectore.
 13. Post aliquot dies Petrum
Sol occidens cruci fixum
Conspexit apostolum.

Stephanus Helmecki dr. (Zalaegerszeg)

¹ borítani = verbergen = couvrir ² harmatos gyep = taubennetzter Rasen = pelouse humide de rosée ³ úgy rémlett neki (mintha) = es dunkte ihn = il lui parut
⁴ felülről = von obenher = d'en haut ⁵ jelenés, látnámaný = Erscheinung = apparition ⁶ elálmékodni = erstaunen = s'étonner ⁷ eltünni = verschwinden = disparaître



Helvetica.

(2)

Ioannese et Ious discipuli V. classis Gymnasii Lucani
(*Helvetia*).

Livius scriptor rerum dicit : «Alpes infames frigoribus» et recte Helvetiae corona nivium algidarum¹ sunt altissimae Alpes, inaccessibile libertatis et independentiae propugnaculum. Nulla vis bellica, invitā re publicā, per Alpes transire potest.

Helvetia pars iucundissima orbis terrarum est. Lacus, flumina montes subterlabentia,² silvae, fodinae³ et mirabilia alia viatori ostenduntur. Per latera montium ex Italia in Helvetiam duae viae transeunt: Simplonis et Gottardi foramina⁴ concamerata⁴ humani ingenii paeclarissima exempla sunt. Nunc per vias ferratas Mediolano Bernam se conferre commodum et per breve. Fortis, tenax, parcus, pauci contentus populus Helveticus est super omnia amantissimus patriae suae. Helveticam nationem opera sua floridissimam effecit.

Berna caput est. Aliae urbes sunt : Zurich
(Turicum) commerciis celeberrima ; Basel

¹ jéghideg = eiskalt = glacé ² alatta folydogáló = unter etw. fliessend = rouler ses eaux sous qch' ³ bánya = Bergwerk = mine ⁴ alagút = Tunnel = tunnel

(Basilea Rauracorum), portus in Rheno flumine amplissimus, via communicationis Germaniae, Hollandiae et regionibus septemtrionalibus;⁵ Genève (Genava), ubi Nationum Societas residet; Lausanne (Lausona) Tribunalis⁶ maximi Helveticae Confoederationis sedes; St. Gallen; Winterthur (Vitedurum); Luzern (Lucerna), in ripis Quattuor Pagorum Helveticorum lacus; Lucanus, in Ceresio lacu, altera ex parte Helveticu, altera Italico; Bellinzonum, qua in planicie saepius pugnatum est ad possidendas Alpes. Clasius ad extremam partem pagi Ticinensis.

Quae sunt studia et negotia Helvetiorum? Agriculturam in primis et ante omnia commemoremus oportet, praesertim in planicie, deinde cultum pecorum. Toto orbe terrarum pecora bubula, lacticinia,⁷ chocolata helvetica clara sunt. Summā famā propter peregrinorum frequentiam⁸ Helvetii gaudent. Uno anno finium nostrorum visitatores ad quater centena milia ascendunt et temporibus aestivis et hiemalibus omnes ad loca videnda, ad vitam placidis horis subscisivis⁹ agendam conveniunt. Helveticae flumina e montibus altissimis praeruptisque descendantia, tam exuberantem¹⁰ vim electricam gignunt, ut non solum regionibus nostris, sed etiam exteris provideant.


Quae sunt rerum politicarum constitutiones Helvetiorum? Praeest Rei Publicae Consilium Foederale, quod ex septem componitur viris et imperium summum gerit. Praeses Rei Publicae anno MCMXXXVII est Iosephus Motta, quem supra commemoravimus. Potestas legum fereniarum duobus consiliis mandata est: nationali et consiliis singulorum pagorum; alterum negotia universi populi gratiā gerit, alterum uniuscuiusque pagi. Haec duo consilia semel in anno supremum consilium constituant, cui summa rerum delata est.

Sed semper populus suimetipsius dominus est et abrogare,¹¹ et rogare, et sancire, et velle potest quaslibet leges. Ad id, populo sunt duo iura: «INITIATIVA ET REFERENDUM». Omnes pagi intra suos fines libertatem sibi consulendi habent, dummodo nihil faciant et statuant contra foederalis constitutionem. Exercitus, institutio publica,¹² viae ferratae, cursus publici,¹³ telegraphi solius Confoederationis sunt.

Helvetiae stemma¹⁴ ex cruce alba in rubra area consistit: signum helveticum est: «UNUS PRO OMNIBUS, OMNES PRO UNO». Helvetia demonstrat, qualis esse debeat Europa, si homines meliores sint. Utinam patria nostra parva honesta, gloria, nobilior, beneficentior, validior in dies fiat, ut semper erga cives et ceteros populos humanitatis et pacis officium persequatur suum!*

⁵ északi = nördlich = septentrional ⁶ törvényszék = Gerichtshof = tribunal ⁷ tejtermékek = Milchprodukte = laitage ⁸ idegenforgalom = Fremdenverkehr = tourisme, affluence des étrangers ⁹ szabad = frei = libre ¹⁰ bőséges = reichlich = riche ¹¹ eltörölni = abschaffen = abolir ¹² közoktatásügy = Unterrichtswesen = instruction publique ¹³ posta = Post = poste ¹⁴ címer = das Wappen = armoiries

*N. B. Milia parentum Hungaricorum, quorum liberos post bellum gentium Helvetia tanta humanitate invitavit hospitio, quanta Batavi, non praetermittere possunt, quin Helvetis, propugnatoribus pacis hic quoque salutatis dicant: faveant Superi Vestris conatibus! (Moderator.)



LECTORIBUS MINIMIS.

1. **Aesopus coquus.** Xanthus, philosophus Graecus in balneo¹ olim amicos plures convenit, quos statim ad cenam vocavit. Ideo servum suum, Aesopum, domum misit dicens: «Para lentem² parvam!»

Aesopus domum iit et in olla³ aquae plenā unum granum⁴ parvum lentis decoxit. Xanthus et amici domum redeentes mensae accubuerunt. Tum dominus interrogat Aesopum, an lens iam decocta sit. Aesopus nihil respondens granum lentis in patinā⁵ apponit. Xanthus credidit hoc granum lentis ab Aesopo idcirco allatum esse, ut cognosceret, mollisne iam esset, lentem igitur in manus sumpsit, mox servo suo: «Affer — inquit — ollam!» Aesopus intulit vas et effudit aquam.

¹ fürdő = Badeanstalt = bain ² lencse = Linse = lentille ³ fazék = Topf = pot ⁴ szem = Körnchen = grain ⁵ tál = Schüssel = plat



«Ubi est lens?» — rogat dominus irā incensus.⁶ — Iam apposui tibi, domine! — respondit Aesopus. — «Quomodo? Tantum granum lentis coexisti?» — «Ita est — respondit servus. — Nam clare imperavisti, ut lentem parvam coquerem et non, ut ad cenam lēntem coquerem.» Hoc ioco modo Aesopus dominum monuit, ut clare, sine ambiguitate⁷ imperaret.

Irma Jámbor abituriens Iaurinensis.

2. Alexander Dumas, scriptor Gallicus Germanice loqui nescivit. Quondam in Germaniam profectus in caupona⁸ parva pernoctavit. Vespere fungum⁹ edere voluit, sed cum caupone¹⁰ desiderium communicare non potuit. Denique papyrus calamumque sumpsit et fungum delineavit.¹¹ Caupo picturam spectabat, laetus abiit et tempore parvo post umbellam attulit.

3. **Dux belli**¹³ Grant
in America peregrinans
unum diem in domo
amici cuiusdam Burn-
side peregit. Vir populo
carus magnā cum ova-
tione¹⁴ celebratus est,
ante domum sympho-
niaci¹⁵ urbani cecine-
runt.¹⁵ Burnside amicum
precabatur, ut saltem¹⁶ paulisper in fenestra
appareret. Grant invitus ad fenestram accessit et
suo more caput sine voce inclinavit. Multitudo
ovans etiam vocem viri popularis libenter audire
cupiebat. Quidam civium ducem belli incla-
mavit : «Tantum duo verba, Domine Gene-
ralis !» — Desiderium modestum brevi exple-
tum est,¹⁷ cum Grant caput concuteret¹⁸ cla-
maretque : «Non, domine !»

Magdalena Jóboru Budapestinensis.

4. Stephanus e comitibus Szécheny optimos cigarros habebat. Aliquando in conventum Academiae properavit. Crumenam²⁰ plenam cigarrorum²⁰ in sinu vestimenti reliquit. Unus ex scribarum tempus deses²¹ terens crumenam

plenam conspexit et cigarro exempto commode
fruebatur. Szécheny conventu egrediens cogno-
vit odorem cigarri sui. Deinde ridens scribae
dixit: Nisi nasus me fallit, domine scriba, ex
eadem officina cigarros paravisti, qua ego.
Id tantum interest,²² quod tu multo minoris²³
emisti, quam ego.

Thomas Bruck disc. gymn. IPEA.

⁶ haragra lobbanva = zornentbrannt = bondissant de colère ⁷ kéttertelműség = Zweideutigkeit = ambiguïté ⁸ kocsma = Gasthaus = auberge ⁹ gomba = Schwamm =

¹⁰ kocsmáros = Gastwirt = aubergiste ¹¹ le-



Mons Matterhorn in Helvetia.


rajzolni = abzeichnen = dessiner ¹² napernyő = Sonnenschirm
 = ombrelle ¹³ tábornok = General = général ¹⁴ ünnepélyes-
 ség = Feierlichkeit = ovation ¹⁵ zenekar játszott =
 Musikkapelle spielte = un orchestre jouait ¹⁶ legalább =
 wenigstens = du moins ¹⁷ teljesíteni = erfüllen = accom-
 plir ¹⁸ rázni = schütteln = secouer ¹⁹ gróf = Graf =
 comte ²⁰ szivartárca = Zigarrentasche = porte-cigarettes
²¹ télenél = untätig = sans rien faire ²² különbség =
 Unterschied = difference ²³ olcsóbban = billiger =
 moins cher

Anniversarius Andreae Fáy.

150 abhinc annos (a. 1786.) in vico Zemplenensi Kohány aspergit lucem vir bonus sapiensque Andreas e nobilibus Fáy, qui postquam aliquot annos munere iudicis¹ nobilium¹ functus est, a.

¹ szolgabíró = Stuhlrichter = conseiller d'arrondissement

1823. totum se negotiis² socialibus dedidit. Fundo Theatri Nationalis acquirendo, ut ars scenica Hungarica coleretur, effecit. Opus eius maxime memorabile est Cassa³ Comparsorum (seu Peculiorum)³ Pestinensis Patria Prima. A Paulo Szemere «vir ad omnia patriae negotia paratus» appellatus est. Stephanus Széchenyi, cuius fidelissimus assectator⁴ rebus ad cultum⁵ et humanitatem remque socialem spectantibus⁶ intererat omnibus, a. 1838. palam est professus prima desideria consiliaque reipublicae corrigendae⁷ in se fabulis Fayanis excitata esse.



Luzerna. (pag. 86.)

Revera Fáy, qui cum postea spectabilis assessor⁸ tabulae⁹ regiae factus esset, tamen usque ad finem vitae civis pius, humanus ac simplex permansit. «Philosophus hilaris» — vulgo enim sic nominabatur — haec de se dixit: «Prodesse alii: hoc erat studium, hoc erat signum.⁹ «Etiam scriptis nil nisi educare cives suos voluit, ut in fabula¹⁰ romanensi¹⁰ quae inscribitur «Domus Béltekiana» fecit. Ex fabellis eius Aesopum imitantibus tres elegimus, quae hic sequuntur.

² tevékenység = Tätigkeit = activité ³ takarékpénztár = Sparkasse = caisse d'épargne ⁴ híve = Anhänger = partisan ⁵ művelődés = Bildung = progrès intellectuel ⁶ vonatkozó = bezüglich = relatif ⁷ reform = Reform = réforme ⁸ táblabíró = Beisitzer des Appellationsgerichts = conseiller à la cour d'appel ⁹ jelszó = Parole = devise ¹⁰ regény = Roman = roman

Hortensius.

Coram Hortensio consul orationem novissimam Ciceronis laudavit. Ille laude adversarii auditā superciliis contractis vitia Ciceronis enumerat, in quem postremo vehementer invectus est.¹ Consul arridens pulsatis² Hortensii humeris:² «Optime, — inquit — qui ne laudem

quidem Ciceronis audire potest non³ stomachans,³ multo minor est, quam ut illum aemulari possit».

Apollo et Plutus.⁴

In convivio deorum, cum Apollo laureā coronatus adesset, Plutus nectarem potans: «Cur non deponis — interrogavit — vilem

plantam? En, etiam frater minor Bacchus ut titulo⁵ mercatoris⁵ nictatur!»⁶ — «Hoc vos non intelligitis — respondet deus carminum indignabundus — hoc est praemium gloriose simum hominis mortalis, quod ei poësis immortalis fronti annexit!» — «Hem, — surridet deus divitiarum — experiamur poëtas tuas, utrum nummos meos aureos, an lauream tuam vilem malint!» — Apollo sponsione⁷ provocatus statim ardens⁸ dextram praebuit ignorans vim auri poëtasque suos probus:⁹ omnes

enim ad Plutum defecerunt, vix unus vel duo lauream ab Apolline petiverunt, quā sacculos auri vincirent.;

Ludi Olympiaci.

Quondam Diogenes Olympiam venit, unde rediens interrogatusque ab amicis, quae ibi vidisset: «Quae — respondit sapiens — ubique in vita. Nonnulli spectatorum aegre tulerunt se illuc profectos esse, quia plus exspectaverant, alii, quod non cursu decertavissent, pueri, quod currere nondum liceret, senes quod iam non possent currere, victi, quod omnino cer-

¹ kikeleni vki ellen = losziehen gegen jmden = déclarer contre qn ² vállát megveregetni = auf die Achsel klopfen = taper sur l'épaule ³ épéskedés nélkül = ohne-Galligkeit = sans colère ⁴ a gazdagság istene = Gott des Reichtums = le dieu de la richesse ⁵ céger = Aushängeschild = enseigne ⁶ pislogni = blinzeln = clignoter ⁸ fogadás = Wette = pari ⁸ hevesen = heftig = vivement, violemment ⁹ jámbor = fromm = pieux

tavissent. Ludis finitis soli victores gavisi sunt, quod certaverant».

Quibus simillimi sumus in fruendo brevibus vitae gaudiis. *Iulius Kováts dr.* (Budapestini).




GEOGRAPHICA.

Roma quarta. III.

Ex script. A. Berzeviczy; libere conv. Aem. Láng.


Ante Venetias iam pons alter mari impositus est, ut naturā¹ urbis insulari sublatā² hominibus commeatum³ per lacunas sive pedibus euntibus sive motoriis⁴ vectis promoveret atque acceleraret. In Italia superiore cultus agrorum et hortorum iam industriae⁵ aemulatur. Praeruptā⁶ montium Appeninorum auctore Duce novellis⁷ pinis⁷ consitā iam in silvas⁸ abeunt.⁸ Tota Italia innumerabilibus fossis⁹ ad agros rigandos contexta est.¹⁰ Electrificatio¹¹ curruum in viis ferratis currentium magnos iam progressus fecit. Longinquitate linearum¹² ferratarum¹² montibus ac saxis pertusis¹³ deminutā commeatus acceleratus est.¹⁴



Casa aurea.

Monumentā antiquā iam non tantum Romae, sed etiam totā Italīa effossā magnā curā restituuntur. Arx antiqua Veronae ad ripam fluvii Athesis (= Adige) nuperrime castra¹⁵ militum fuit, hodie iam proprio¹⁶ antiqueae structurae¹⁶ genere¹⁶ refectā copiosum¹⁷ est

museum. Venetiis pulchra casa aurea (Ca' d'oro) nunc iam adiri¹⁸ potest et pariter museum factum est. Naves Caligulae demersae ingenti sumptu ex lacu¹⁹ Nemorensi¹⁹ aquā emissā²⁰ subductae²¹ atque resartae sunt.²²




Ostiae²³ haud longe a Roma ex grandibus ruinis novi Pompei enati sunt. Excavationes²⁴ Pompeiis et Herculani ratione²⁵ et arte fiunt. Neapoli Castellum Novum aevi medii (Castello Nuovo) extra et intra restauratum est et accessione,²⁶ quae subtractioni²⁷ posterioribus temporibus adiuncta erat, sublatā prima²⁸ forma et facies arcis speciosa²⁹ renata est. Etiam in Sicilia templis reficiendis summa opera³⁰ impenditur.³⁰

Novae partes urbis Romae exstiterunt. Ubi

¹ jelleg = Gepräge = caractère ² megszüntetni = aufheben = faire cesser, supprimer ³ forgalom = Verkehr = circulation ⁴ motoros járművek = Motorfahrzeuge = moyens de locomotion ⁵ ipar = Industrie = industrie ⁶ meredek lejtők = jähre Abgründe = escarpement ⁷ fenyőcseméte = Tannenwildling = jeune pin ⁸ erdővel lenni = in den Waldwuchs übergehen = se changer en forêt ⁹ csatorna = Kanal = canal ¹⁰ behálózni = durchqueren = enjöler ¹¹ villamosítás = Elektrifizierung = électrification ¹² vasútvonal = Eisenbahnlinie = ligne de chemin de fer ¹³ átfürni = durchbohren = percer ¹⁴ meggyorsítani = beschleunigen = accélérer ¹⁵ kaszárnja = Kaserne = caserne ¹⁶ eredeti építésmód = originale Bauart = manière originale de construire ¹⁷ tartalmas, gazdag = reichhaltig = richement pourvu ¹⁸ hozzáérhető = zugänglich = accessible ¹⁹ Némi tó = Nemi See = lac Némi ²⁰ lecsapolni = ablassen = dessécher ²¹ szárazra vontatni = ans Land ziehen = échouer ²² helyreállíttani = wiederherstellen = rétablir ²³ Urbs Latii condita ab Anco Martio rege ad ostia Tiberis ²⁴ ásatások = Ausgrabungen = fouilles ²⁵ tervszerűen = planmäßig = systématiquement ²⁶ toldaléképület = Anbau = annexe ²⁷ alapépítmény = Grundbau = fondements ²⁸ eredeti = ursprünglich = originaire ²⁹ feltűnően szép = auffallend schön = de belle apparence ³⁰ fáradságot fordít vmiere = Mühe wenden auf etw. = se donner la peine de . . .

aliquot annis ante vineta³¹ erant, hodie magnificos vicos³² novos cernas. In quo incremento³³ urbis ratio³⁴ habita³⁴ erat praceptorum³⁵ artis³⁵ et usus utilitatisque atque imprimis sanitatis. Ubique sunt amoena viridaria³⁶ publica virentibus arboribus ac plantis floribusque variis consita atque aquae³⁷ salientes³⁷ crebrae cernuntur frondibus adumbratae. Nova palatia ministeriorum et Universitatis suā magnificentiā³⁸ sunt symbola³⁹ potestatis fascismi saluti civium providentis. In novo Foro Mussolini ingens stadium admirationem sui cuivis inicit, ibidem etiam archigymnasium⁴⁰ con-



Stadium.

spicitur et obeliscus monolithus⁴¹ gloriam Ducis
praedicat.

Eos, a quibus Roma visitur, maxime opera publica antiquitatis effossa commovent.⁴² Ut intelligas, quantum opus⁴³ ac labor⁴³ in monumenta antiqua excavanda consumpta fuerint, cogita⁴⁴ intra tres menses ex foris Caesarum ruderum⁴⁵ metra⁴⁶ cubicā⁴⁶ XVI milia atque terrae XLII milia egesta fuisse.⁴⁷ Inter monumenta spectanda visu dignissima sunt quattuor templa effossa in area⁴⁸ Argentina (Largo Argentina) et quidem unum rotundum et tria oblonga tempore reipublicae aedificata, quae vetustiora sunt Pantheo.⁴⁹ Reliquiae plasticae⁵⁰ ruinarum quattuor templorum opere nobili perfectorum arte⁵¹ insignes⁵¹ sunt.

In pristino⁵² monte Palatino reliquiae domus Augusti, quae usque ad aedem Vestae se exten-debat, repertae sunt. Aedes Vestae ipsa formam priscam atque speciosam totam recepit. Altera parte montis, ubi nuperrime fabrica⁵³

gasi,⁵³ erat, fundamenta Circi Maximi excavantur: arena ludorum Circensium in lucem profertur.

Finis sequetur.

³¹ szőlőültetvények = Weingärten = plantations de vigne
³² házsrórok = Häuserreihen = rangées de maisons ³³ fejlös-dés, növekvés = Fortbildung, Wuchs = extension ³⁴ tekin-tettel lenni = auf etw. Rücksicht nehmen = avoir égard à qch. ³⁵ esztétaika = Aesthetik = esthétique ³⁶ park = Park = parc ³⁷ szökökút = Springbrunnen = jet d'eau ³⁸ nagyszerűség = Grossartigkeit = somptuosité ³⁹ jel-kép = Symbol = symbole ⁴⁰ testnevelési főiskola = Höhere Anstalt für körperliche Erziehung (institutum corpori exercendo) = école normale d'éducation physique ⁴¹ egy köböl faragott = aus einem Stein bestehend = taillé d'une seule pierre ⁴² hatással van vkire = auf jemd. Eindruck machen = exercer de l'influence sur qn ⁴³ munka és fáradság = Arbeit und Mühe = travail pénible ⁴⁴ meg-gondol = bedenken = réfléchir ⁴⁵ faltörmelék = Mauer-schutt = gravats ⁴⁶ köbméter = Kubikmeter = mètre cube ⁴⁷ elhordani = fortschaffen = transporter ⁴⁸ tér = Platz = place ⁴⁹ Pantheon a M. Agrippa Iovi Ultori exstructum opere Corinthio, forma rotunda aedificiorum Urbis facile pulcherrimum erat, quod lumen unica ianua, unico quoque foramine in supremo culmine admisit. Restauratum fuit ab Hadriano, M. Aurelio, Septimio Severo et Caracalla. Nunc Tempio di S. Maria Rotonda vocatur, quod Bonifacius IV. Pont. Max. anno DCVIII. ab imperatore Phoca dono acceptum Deiparae Virginis et omnibus sanctis Christi martyribus consecravit. Ibidem sunt sepulti Rafael et reges Victor Emanuel II. et Umberto (eiusque coniunx?). ⁵⁰ szobrászati = plastisch = sculptural ⁵¹ mü-vészileg kiváló = durch Kunst hervorragend = supérieure, au point de vue artistique ⁵² egykor = éhemalige = d'autrefois ⁵³ gázgyár = Gasfabrik = compagnie du gaz

De Carlomanno rege Franco- rum monacho facto. (2.)

Frates hoc auditio felle⁴⁶ commoti sunt, quod homo alienigena⁴⁷ et pro misericordia receptus talia facere praesumpsisset.⁴⁸ Protinus itaque custodiae⁴⁹ mancipatur,⁴⁹ ut die sequenti talis praesumptio⁵⁰ acrius vindicaretur. In crastinum⁵¹ productus de custodia in medio conventu⁵² sistitur; eur manus extendere in fratum ministrum ausus fuisset, respondit: «Quia — inquit — vidi servum nequorem omnibus virum meliorem et nobiliorem omnium, quos in terra conversari⁵³ scio, non solum verbis dehonestari,⁵⁴ sed etiam plagis⁵⁵ affici». ⁵⁵ Fu-

46 epe, harag = Galle, Zorn = colère 47 idegen
 föld szülötte = Fremdling = étranger 48 merész =
 sich erkühnen = avoir l'audace de 49 örzízetbe venni
 = in Gewahrsam nehmen = mettre en arrêt 50 vak-
 merő tett = Verwegtheit = témérité 51 másnap =
 tags darauf = le lendemain 52 gyülekezet = Versamm-
 lung = assemblée 53 élni = verkehren, leben = vivre
 54 meggyalázni = entehren = insulter 55 megverní =
 durchprügeln = malmenner

rore nimio exagitati, quod eum, qui peregrinus venerat, ceteris praetulisset, interrogant, quis esset ille, qui bonitate et nobilitate omnes anteiret, cur saltem⁵⁶ patrem monasterii non exceperisset. Ille necessitate compulsus caelare non valens, quod Deus iam manifestari⁵⁷ volebat, ait: «Iste est Carlomannus, quondam rex Francorum, qui pro Christi amore regnum et gloriam mundi dereliquit, qui de tanta excellentia⁵⁸ ita se humiliavit, ut modo a vilissimis personis non solum contumeliis afficiatur, verum etiam verberibus affligatur». Quo auditu tremefacti a sedibus surgunt, veniam postulant de contemptu, ignorantiam profitentur; ille econtra in terram provolutus⁵⁹ cum lacrimis negare coepit, haec non esse vera, non esse Carlomannum, sed hominem peccatorum et homicidam, collegam suum timore perterritum propter⁶⁰ commissum⁶⁰ piaculum⁶⁰ haec excogitasse.

Quid plura? cognitus ab omnibus cum magna reverentia⁶¹ est observatus.⁶¹

Finis.


Ernestus Császár (Budapestini):

⁵⁶ legalább = wenigstens = du moins ⁵⁷ nyilvánvalóvá tenni = offenbar machen = rendre manifeste ⁵⁸ magas rang = hohe Stellung = dignité illustre ⁵⁹ leborulni = sich niederwerfen = se prosterner ⁶⁰ a bűn kiengesztelése végett = um das Vergehen wieder gut zu machen = pour expier le crime ⁶¹ tisztelettel illetni = Hochachtung erweisen = témoigner de la déférence

Quae Serbiani Hungaris debeant.

Ex quo Tsechoslovacia cum Russia Sovietica foedus icit, Iugoslavi non solum cum Italiam, sed etiam cum Hungarum in gratiam¹ redire¹ incipiunt. Gubernatorem nostrum, Nicolaum Horthy, cum per Croatiam in Italiam ferrivit, veheretur, banus Croatiae officiose salutavit,

cui gubernator linguā Croaticā respondit. Nuperrime autem in ephemeride Taurunensi (= Belgradiensi), nomine «Dan», legi possunt haec: «In patria nostra semper crescit numerus illorum, qui optant, ut Hungaria et Iugoslavia altera alteri corde et sensu appropinquent. Nos in bello gentium multa propter Hungaros passi sumus, sed nobis bene cogni-



Pantheon.

tum est illos non suā sponte populo nostro arma intulisse. Et nunquam obliviscemur initia² culturae nostrae in Hungaria exstitisse.² Quis est, qui nesciat primos scriptores virosque doctos nationis nostrae saeculis XVIII—XIX. in Hungaria educatos, magnam librorum nostrorum partem Budae editam et primam societatem³ culturae³ nostrae excolendae,³ nomine Matica Srbska, Budapestini conditam esse? Et nemo nostrum ignorat ibidem ab Sava Thököly collegium⁴ viris⁴ doctis⁴ litteratisque⁴ nostris coniungendis⁴ conditam esse. Cognitionibus sensibusque Hungari proprius nos stant, quam omnes ceteri populi. Nos cum illis

¹ kibékülni = sich aussöhnen = se réconcilier ² keletkezett = entstanden ist = a commencé ³ közművelődési egyesület = Kulturvérein = association culturelle ⁴ tudományos és irodalmi társaság = Verein der Wissenschaften und Litteratur = société des sciences et lettres

iam antiquitus necessitudinibus⁵ artissimis⁵ coniungimur.⁵ Temporibus bellorum saepe dimicavimus armis sociatis, sed nonnunquam etiam hostilibus alter contra alterum. Erat nobis occasio Hungaros et hostes fortes et socios amicosque benevolos cognoscendi.

Nos equidem non facile inflammamur,⁶ sed fide nostrā quisque inniti potest. Cum Hungaris saepissime etiam consanguinitate coniungebamur. Iam temporibus regum Hungarorum primorum, genere Arpadi natorum, transibant exercitus Hungarici Danubium, quorum militum multi filias nostras uxores duxerunt, Serbiorum autem multitudo magna saeculis XV—XVII in Hungariam et Transsilvaniam migravit. Quorum pars magna cum Hungaris adeo coaluit, ut hodie in Hungaria multae familiae inveniantur, quae in numero maiorum Serbians quoque habeant.

Medio saeculo XV, cum Ioanne Hunyadi et Georgio Brankovics auctoribus discordia inter duos populos dominaretur, Turci expugnaverunt arcem nostram Sneredevo, quod postea apud Hungaros clades illa tristissima Mohatsiensis secuta est. Pugna pro libertate Francisci Rákóczi ineunte⁷ saeculo XVIII eādem de causā devinci poterat et propter discordias nostras fractae sunt vires victusque exercitus Ludovici Kossuth anno MDCCCL. Propter dissensiones nostras utrique populo maximi erant exauriendi labores, quibus semper alius tertius fruebatur. Quae exempla nihil utrumque populum docere possint?

Oscarus Suszter (Zalaegerszeg.)

⁵ szoros kapcsolatban állunk = wir sind eng verbunden = nous sommes intimement liés ⁶ lelkesedünk = wir begeistern uns = nous nous enthoussiasmons ⁷ kezdetén = am Anfang des... = au commencement de ⁸ elviselni = ertragen, erdulden = supporter

Librorum recensio.

Kováts Gyula dr.: A százéves Bélteky-ház. Budapest, 1932. Separate impressum ex programmate gymnasiī Fayani a. 1931—32. — Idem professor Fayani in commentariolo de Andrea Fáy ephe-meridi nostrae scripto breviter argumentum huius libri tractat (vide pag. 87.).

Colloquium inter medicum practicum et balnearium. Rozhovor medzi praktikom a kúpeľným lekárkom. Trenčianske Teplice 1935. — Medicí balnearum omnibus notarum Franciscus Lenoch dr. et B. V. Černy dr. propugnatores linguae latinae

praeter colloquia bilingua (latina et slovacica) supra dicta etiam programma concessus Sodalitatis medicorum Assecurationis socialis unioni Centrali Medicorum Cechoslovacorum adiunctae die 21 et 22. Sept. 1935. habiti ediderunt. Ita demonstratur linguam latinam ad usum internationalem vere aptam esse.

Elias Bitter—Franz Puhr: Deutsch-ungarisches Wörterbuch. Budapest, 1936. Stephaneum. Pag. 1—620. Pretium 10 pengoe. — Lectoribus omnibus et Hungaric et extraneis, quibus dictionario germanico-hungarico opus est, hunc librum etiam nomina rerum technicarum recentissimarum continentem perimpense commendamus.



Iocosa.

1. In castris¹ quidam militum ex eodem oppido est, unde centurio,² et optime sensit centurionem propter hanc rem sibi indulgere.³ Die quodam adit eum et : «Domine centurio, inquit, humillime precor permissionem domum eundi. Uxor et liberi aegrotant».

— Non soleo commeatum⁴ dare militibus respondeat centurio. Tibi tamen darem, si non acceperissem litteras hodie ab uxore tua, ne te domum ire concederem, quia quotiescumque domum ieras, totam domum subvertebas, quam in ordine iuste reponere illi trium mensium labor esse solet.

Miles paulum tacebat. Tum timide : «Velim aliquid dicere, — inquit, — timeo autem, ne te, domine centurio, laedam.

— Profer fortiter, dixit ille.

— Non audeo.

— Avidus sum audiendi.

— Si iubes. Hoc cubiculum duos maximos mendaces mundi continet.

— Quid dixisti? — exardescit centurio.

— Noli irasci domine. Alter ego sum. Ego scilicet non habeo uxorem, nec liberos.

¹ kaszáryna = Kaserne = caserne ² kapitány = Hauptmann = capitaine ³ elnéző = nachsichtig = indulgent ⁴ szabadság = Urlaub = permission

2. *Ante iudicem.* «Quot annos nata es?» — interrogat iudex testem.

— Viginti tres hiemes vidi, — respondeat illa iam proiectā aetate.

— Viginti tres? — admiratur iudex.

— Ita est, — respondet illa. — Undevicies autem tempore hiemis locis meridionalibus morabar, et hiemem vere non vidi.

3. In schola. «Quis mihi profert exemplum, quomodo fallat hominem feles?» Quidam discipulorum digitos movet: «Ergo profer tu!»

— In caupona, — dixit ille, — se saepe leporem esse simulat.

4. Die mihi, dixit quidam autistae,¹ quanti vehis me usque ad vivarium?²

— Via ista circiter trium monetarum³ est.

— Et hos duos filios?

— Pro istis non solves domine.

— Bene. Vehe igitur illos in vivarium, ego curru electrico sequar vos.

¹ sofför = Schofför = chauffeur ² állatkert = Tiergarten = jardin zoologique ³ Pengő

5. In ianua pharmaciae cuiusdam legi potest: «Cui nocte medicinā opus est, faciat sonare tintinnabulum a hora 10. usque ad 5. matutinam.»¹

¹ hajnali = früh morgens = du matin

6. «Quae fuerunt ultima verba defuncti?» — interrogatur vidua.¹

— Ultima verba mea fuerunt, quae usque ad finem assidebam ei.

Ios. Guelmino (Budapestini).

¹ özvegy = Witwe = veuve

7. *Iulius*: Carole, scis cur non crassus¹ fieri possis? — *Carolus*: Age, cur non? — *I.*: Nam cibum calidum edere non potes! — *C.*: Sed cur non possum cibum calidum edere? — *I.*: Nam tam longum collum habes, ut cibus refrigeretur,² quamdui in ventrem descendit.

Emericus Osim disc. Rákóczi.

8. *Medicus*: Iussu meo fenestrā apertā dormire solebas? — *Aegrotus*: Quod iusseras, effeci. — *M.*: Ergo liberabaris ex gravidine?³ — *Ae.*: Non, tantum ex pulcherrimo vestitu horologio-que⁴ aureo.

9. *Iudex*: Domine testis! Ergo, die, de quo nunc agitur, reum⁵ visitavisti? — *Testis*: Sic est. Cum conclave eius intravi, stetit apud fenestram, ore pallido,⁶ et cultrum habebat in

manibus. — *I.*: Quam terribilis casus! Et quid factum est postea? — *T.*: Postea barbam⁷ sibi rasit.⁸

Iosephus Klein disc. Debrecensis.

10. Magister interrogat discipulum: «Ubi est canalis La Manche?»⁹ Discipulus nescit. Deinde magister ioculariter:¹⁰ «Quis, — inquit, — fecit canalem La Manche?» — «La Manche!» dixit nebulo laete.

11. Magister discipulis imaginem gorillae ostendit. Postero die magister interrogat puerum maxime attentum: «Ubi potes videre gorillam?» — Discipulus: «In silva.» — *M.*: «Et?» — *D.*: «In circo.» — *M.*: «Et?» — *D.*: «In imagine domini magistri.»

Emericus Szántó disc. Keszthelyensis.

12. *Colloquium in gymnasio post censuram*.¹⁰ Stephanus: Camelopardalis¹¹ fieri velim. — Georgius: Cur? — St.: Ne pater meus testimonio¹² meo scholastico¹² viso aures meas attingere possit. — *Lad. Szatlmaier* disc. Vesprimiensis.

¹ kövér = dick = replet ² kihülni = kalt werden = refroidir ³ náthaláz = Grippe = grippe ⁴ óra = Uhr = heure ⁵ vádlott = Angeklagter = accusé ⁶ sápadt = bleich = pâle ⁷ horotválkozni = sich rasieren = se raser ⁸ recte: Fretum Britannicum ⁹ trefásan = scherhaft = en badinant ¹⁰ osztályozás = Klassifikation = classification ¹¹ zsíráf = Giraffe = girafe ¹² iskolai bizonyítvány = Schulzeugnis = certificat scolaire

Hypatia.

(23.)

Scripsit C. Kingsley. Hungarice reddidit A. Zigány. Excerptis atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér (Strigoni).

Eius diei vespere cum Philammo et Eudaemo in ianitoris cubiculo maesti cenarent, ex improviso¹⁵ Maria ingressa miserationem simulans dixit Hypatiam ab omnibus amicis destitutam¹⁶ in periculo versari. «Adsum ego! — clamat acriter Philammo. — Si neminem habet, a me non destituetur.»

— Satius est — ait Maria cavillans¹⁷ — te ipsum hoc ei dicere. Mox Hypatia me viset; tum die ei, quantum ipsi periculum impendeat, sique ei persuadere poteris, tecum eam abduces.

Eudaemo statim abiit ad Hypatiam; Maria Philammonem in suum conclave introductum solum ibi reliquit. Mox venit Hypatia cumque

¹⁵ váratlanul = unvermutet = à l'improviste ¹⁶ cserbenhangyni = im Stiche lassen = laisser en panne ¹⁷ gúnyolódni = sticheln = railler

Philammonem conspexisset: «Veni, — inquit — quia putabam me cognoscere posse veritatem aeternam. Nunc iam sero video me deceptam esse.¹⁸ Quid me vis? Loquere, audio.

— Volo te servare a vulgo — balbutit Philammo perturbatus.

— O, a vulgo?! — repetit Hypatia. — Dic dum, cur mihi vulgus sit timendum?

— Quia pagana es.

— Semper audivi — ait Hypatia — Christianam religionem esse amoris. Cur ergo me vulgus Christianorum odit?

— Fanatici non philosophantur.

— Ergo errant. Ego autem veritatem quaero aeternam, quae est fons omnis sapientiae et felicitatis. Dicis Filium hominis esse Deum. Quomodo finito¹⁹ infinitus, mortali aeternus nasci potest? Veni, Philammo. Neminem habeo praeter longaevum²⁰ patrem, qui me defendere non potest. Dicis vitam meam in periculo versari et eam te servaturum polliceris. Sed quomodo tibi me permittam,²¹ cum tu quoque sis Christianus, unus ex iis, qui vitam meam appetunt? O relinque mendaces simulatores, crede, quod ego credo, tum te sequar vel ad extremam partem orbis terrarum et beata ero.

Philammo ex imo animo percusus iam exclamabat se negare Christianam religionem, cum aulaeis²² tacite²³ dimotis uxori Eudaemonis repente in limine apparens manu crucem in altum tenuit. Philammo rediit ad sanitatem.²⁴ Se negare Dominum, qui pro peccatis omnium in crucem sublatus esset? Acriter abstrusa Hypatiā in plateam se proripuit. Civitas funditus²⁵ eversa videbatur. Viae et fora hominibus scatebat²⁶ et paene crederes incolas decem aliorum oppidorum confluxisse.²⁷ Philammo exanimatus properavit ad Serapium. Intus in templo conditum²⁸ Ammonii corpus in vitro²⁹ loculo²⁹ iacebat. Philammo prope ad eum aegre eluctatus³⁰ contra suggestum³¹ post columnam se recepit.

Paulo post Cyrillus suggestum ascendit. Vox eius maxime canora³² personuit ingens templum. Cyrillus sic orsus est: Ammonium, cuius in honorem conventum esset, iam esse in aeterna gloria, a dextra Dei, qui homines redempturus sanguinem in cruce profudisset. Dein sic perrexit: «Venite hue omnes, qui

laboratis et onerati estis, Filius Dei demptis³³ oneribus vos consolabitur. Extollit humiles, primo loco ponit eos, qui ultimi fuerunt, in gratiam recipit homines in se peccantes. Venite ad eum! venite fortiter ac sine timore, tamen animosā³⁴ fide et maximā fiduciā, nam Deus ignoscit paenitenti . . .»

Philammo nil amplius audiebat . . . Viam sibi in turba faciens ad suggestum et facie solum³⁵ tangens procubuit et bracchiis in forma crucis extensis mutus atque immotus ante Dominum iacuit. Murmur stuporis per turbam ferebatur; cum rursus silentium factum esset, Cyrillus perrexit: «Filius Dei dixit eum, qui descenderet in humilitatem,³⁶ sublimatum iri.³⁷ Surge igitur, mi fili, quisquis es et discede cum pace in via tua, quia scriptum est verbum Domini, quod tu quoque dicere potes: «Ne gaudreas meo casu, o satana, quia gratiā Domini rursus resurgo.»

Eodem momento temporis³⁸ monachus senilis procurrit et poplitibus duplicatis³⁹ singultans⁴⁰ Philammonem amplexus est. Is fuit Arsenius. «O, mi fili!» — clamat senex.

— Servus, aut filius, uti vis, — respondet Philammo, — modo reducas me hinc in solitudinem.

— O nox duplicitate beata! — sonat supra capita vox Cyrilli. — Duplicitate beata nox, quā simul videre possimus gloriam huius sancti martyris et filii prodigi⁴¹ redditum!

(Ad numerum proximum.)

¹⁸ rászedni = täuschen = tromper ¹⁹ véges = endlich, begrenzt = (un être) fini, limité ²⁰ idős = bejáhrt = âgé ²¹ rábízni = anvertrauen = confier ²² függöny = Vorhang = (rideau) portière ²³ nesz-telenül = im Stillen = sans bruit ²⁴ észre téرنi = zu(r) Vernunft kommen = revenir à la raison ²⁵ fene-kestüл = von Grund aus = de fond en comble ²⁶ hemzsegny = wimmeln = fourmiller ²⁷ összecsődülni = zusammenströmen = accourir ensemble ²⁸ bebalzsamozni = einbalsamieren = embaumer ²⁹ üvegkoporsó = gläserner Sarg = cercueil en verre ³⁰ odafurakodni = sich hervorringen = se frayer un chemin ³¹ szószék = Kanzel = chaire ³² zengő = wohtönend = sonore ³³ le-venni = abnehmen = enlever ³⁴ élő = mutvoll = ardent ³⁵ föld = Erdboden = sol ³⁶ magát megalázni = sich erniedrigen = s'humilier ³⁷ felmagasztalni = erheben = glorifier ³⁸ pillanat = Augenblick = instant ³⁹ letérdegni = niederknien = s'agenouiller ⁴⁰ zokogni = schluchzen = sangloter ⁴¹ tékozló = verschwenderisch = prodigue



Quis non audivit canticum¹ Iosephi Verdi «Domina est mobilis» (= la donna è mobile)? At feminarum non solum animus mutabilis est, sed etiam vestis. Viri ante hos 50 annos vestimenta fere eiusdem formae gestabant, ac nunc. Contra, ut imago nostra demonstrat, feminae castulis² longis pulverem viarum — ut ita dicam — verrentes³ ambulabant, quem habitum ne in gymnicis quidem exercitationibus alio commutaverunt, quamobrem non celeriter neque artificiose patinare (id est: soleis ferreis vehi)⁴ potuerunt. Patinatrices hodiernae cinctis⁵ brevioribus induitae multo facilius se movent, quadecausa in glacie etiam saltationes fiunt. In sollemnibus glacialibus societatis patinaforum Budapestensis nuper saltatio iuventutis vestitu⁶ Hungarico ornatae spectatores delectavit, quibus forsitan maxime vestitus Bocskayanus Georginae Evaeque Botond placuit, qui etiam vicirices in cursu patinatorio erant.

¹ ária = Arie = air ² (hosszú) szoknya = (langer) Rock = jupe (longue) ³ seperni = fegen = balayer ⁴ korcsolyázni = Schlittschuh laufen = patiner ⁵ rövid szoknya = kurzer Rock = jupette ⁶ jelmez = Kostüm = costume



redierat, quasi interfecisset, quem non exhibebat,⁸ roganti tempus aliquod ad conquirendum⁷ non dedit. Damnatus extra vallum ductus est et iam cervicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc centurio supplicio praepositus condere⁸ gladium speculatorum⁹ iubet, damnatum ad Pisonem reducit redditurus¹⁰ Pisoni innocentiam, nam militi fortuna reddiderat. Ingenti concursu deducuntur complexi alter alterum cum magno gaudio castrorum commilitones.

Concedit tribunal furens Piso ac iubet duci utrumque et eum militem, qui non occiderat et eum, qui non perierat. Quid hoc indignius? Quia unus¹¹ innocens¹¹ apparuerat,¹¹ duo peribant. Piso adiecit et tertium. Nam ipsum centurionem, qui damnatum reduxerat, duci iussit. Constituti sunt in eodem loco perituri tres ob unius innocentiam. O quam sollers¹² est iracun-

¹ szívtelenség, hajlithatatlanság = Herzlosigkeit, Unbeugsamkeit = rigueur, dureté de coeur ² következetesség = Folgerichtigkeit = persévérance, esprit de suite
³ vesztőhelyre vinni = hinrichten lassen = mener au supplice ⁴ szabadság = Urlaub = permission ⁵ bajtárs = Kamerad = camarade ⁶ előállítani = zur Stelle schaffen = amener ⁷ előkeríteni = herbeischaffen = ramener ⁸ hüvelybe dugatni = einstecken lassen = faire rengainer ⁹ bakó = Scharfrichter = bourreau ¹⁰ kimutassa = um zu erhärten = afin de prouver ¹¹ az egyiknek ártatlansága bebizonyosodott = die Unschuld des einen an den Tag kam = l'innocence de l'un fut manifestée ¹² találékony = erfandlerisch = ingénieux

Rigor¹ Romanus.

L. Annaeus Seneca De ira b. I. 16.

Cn. Piso fuit memoriā nostrā vir a multis vitiis integer, sed pravus et cui placebat pro constantia² rigor. Is cum iratus duci³ iussisset eum, qui ex commeatu⁴ sine commilitone⁵

dia ad fingendas¹² causas¹³ furoris¹³ «Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es ; te, quia causa damnationis commilitoni fuisti ; te, quia iussus occidere imperatori non paruisti.» Excogitavit quemadmodum tria crimina faceret, quia nullum invenerat. *Carolus Ács* (Budapestini).

¹² dühös kitörésének megokolására = den Ausbruch seiner Wut zu begründen = pour justifier sa fureur



Censor aenigmatum : *Otto Schmied*.

Solutiones aenigmatum numeri IV.

1. Tres lepores, quattuor pulli.
2. Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum. (Ov. trist. IV 10 v. 4.)
3. Ut semen tem feceris, ita metes. (Cic. de orat. II 65, 261)
4. gloria, donare, gratia, viride.
5. aries, pubes, rarus ; asper, imber, saxis.

Aenigmata recte dissolverunt: Paulus Tolnay (e Scholis Piis), Andreas Klein (Fayanum), Olga Kunczer (Veresianum), Ioannes Wolkóber (Mádachianum), sorores Büchler, Editha Bátori, Ida Gall, Irene Lenkei, Marianna Magyar, Susanna Mártha, Maria Eckert (Theresianum) Budapestinenses. — Georgius Schwarcz, miles Andreas Papp, Zoltanus Bányay, Laurentius Tüdös, Ladislaus Bereczky, Magdalena Orosz, Zoltanus Kocsandi, Ioannes Csiga, Zoltanus Fekete Szeghalomenses, Irma Jámbr Jaurinensis, Franciscus Apor Szegedinensis, Ladislaus Bubnó, Theodoros Hosszú, Tihamerus Komjáthy Miscolcienses, Iulius Magyar Vaciensis, Stephanus Okolicsányi Agriensis, Margareta Gimesy, Gabriella Hunzer, Gabriel László, Alexander Berényi, Andreas Uskert Tatani, Ludo-vicus Porpácz Sabariensis. — Tullia Rossetti, Dente Delfina, Renata Himmelsbach, Helena Cattaneo, Elisabetha Moretti, Augusta Anastasi, Magdalena Weibel Lucanenses (in Helvetia).

Præmium sorte Olgae Kunczer, Andreeae Klein, Helenae Cattaneo et Stephano Okolicsányi obvenit.

1. *Salsum dictum Catonis*
(ad saltum equulei).

	tu	Cum	to	
es	men	iu	quis	te
dex	li	us	me	dat
	se	lau	a	

Andr. Biró, disc. V. cl. Fayani Bp.

2. *Nonnunquam tu in parva re
Et magnum potes cernere*
(porro — retro).

Est «porro» parva bestia,
Quae minuit cibaria ;
Sed «retro» pertinet ad me,
Quod de te potes dicere.

O. S. Vindobonensis.

3. Recipe!


(coniunctio : 3 syll. + 2 syll.)

Aegra vocis partem civit
Primam ; venit haec et trivit
Meditans secundam partem ;
Tum probavit suam artem
Et inscripsit nomen totum
Chartae. Nondum tibi notum ?

Ioannes Hickmann, Vindobonensis.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum Idus Martiae.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



Dr. Flesch. Otto Schmied prof. Wien, 12. Haschkagasse 9/6. — **I. Kováts.** Noli irasci, quod parte commentarioli omissā 3 fabellas Fayanas utpote iuventuti iucundiores edidi. — **L. Botár.** Nomina graeca exeuntia in *ma* (poëma, rheuma, gramma, problema, etc.) generis neutrius sunt; ergo terminatio genitivi est : — *tis* (cinematis, poëmatis, etc.). «Cellula phot.» proxime apparebit. — **E. Osim.** **E. Szántó.** Ioca vestra non satis ridicula sunt. — **G. Pap.** Nominum geographicorum plurima in libro «Graesse-Benedict : Orbis latinus Berlin 1922.» invenies. — Qui anecdotas de Rossinio somnioque misit, nomen suum indicare velit ! — Ceteris proxime respondebo.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)